Universitätsbibliothek Paderborn

# Confvtatio. XCI. articulorum: e tribus Martini Lutheri Teuthonicis sermonibus excerptorum

**Luther, Martin**

**Coloniæ, 1525**

**VD16 L 5500**

.I. De laudibus & ueneratione Mariae uirginis, arti. 29.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30500**

Visual Library

# CONFVTATIO·

## XCI. articulorum: e tribus

Martini Lutheri Teuthonicis ſermonibus
excerptorum, Authore Iohanne
Cochlæo, uiro eruditiſſimo,

### Ex ſermone de feſto natiuitatis mariæ. Arti. 29

LVtherus. Nūc ſinimus & nos, Mariā uenerari, ex .I.
ꝙ in ſcripturis tenemur nos inuicē ꝓuenire honore
Sicut Paulus dicit ad Roma. xij.

¶ Cochlæus. Precario igit̃ ex Luthero, hꝫ uene
rationē mr̃ dei. Ita tñ parce ab eo cōceſſam, ut ipſa nobiſcū iu
xta eius ꝓſcriptū, illā obſeruet ſcripturā. Honore inuicē ꝓue-
niētes, Ro. 12. Alioq nullū ei a nobis honorē fieri ꝑmittet aut
¶ Lut. Sed nimis ꝓfunde ī honorē itū ē. Qđ ſub- (ſinet. II.
limi⁹ reputat̃, ꝗ optet, iñ duo dāna ꝓueneřt, Imminutio Chr̃i
ꝙ corda magis ſup ipam repoſita ſunt, ꝗ ſup ipm Chr̃m. Qꝫ
Chr̃s q̃ſi retro in feneſtrā reposit⁹ eſt, & eius penit⁹ obliti ſunt

¶ Co. Recti⁹ canit ſctā mr̃ eccl̃ia; dicēs, Sctā & īmaculata
uirginitas, qb⁹ te laudib⁹ referā neſcio, qa quē cœli cape non
poterāt, tuo gremio contuliſti. Oīs certe honor nr̃ meritis &
dignitate illi⁹ īferior ē. Nō reputam⁹ eā ſane deā, ſed mr̃eꝫ dei
Neqꝫ īhonorat̃ Chr̃s, dū honorat̃ mr̃ ei⁹. Ex eo ei laudam⁹ illā
¶ Lu. Sed adhuc mai⁹ dānū iñ ꝓuenit, ꝙ etiā cōi ppl̃o fctā III.
eſt immutatio, ꝙ matrē dei & ſctōꝝ cultū & uenerationē ita
alte extulerūt, ut ꝑ hoc paupeꝝ ſint obliti.

¶ Co. Ita ne mai⁹ eſt dānū, ſiqd īminuat̃ ppl̃o ꝗ ſi fiat īmu-
tatio Chr̃o? aut ſi paupeꝝ, ꝗ ſi Chr̃i obliuiſcamur? Nemo cer
te laudat, ſi obliuiſcaris paupeꝝ, q̃s de⁹ elegit ī hoc mūdo, di-
uites ī fide & heredes regni. Iac. ij. Qui ei habuerit ſubam hu
ius mūdi, & uiderit fratrē ſuū neceſſe hr̃e, & clauſerit uiſcera
ſua ab eo, qūo charitas dei manet ī eo? Ioh. 3. Ait āt dñs. Hec
optuit facere, & illa nō omittere. Mat. 23. Da igit̃ paupib⁹ &
inuoca ac uenerare ſanctos. Vtrobiqꝫ indiges bono pro redi-
mendis & remittendis tibi tot peccatis & offendiculis.

 ¶ Luth.

IIII. ¶Luth. Ideo ſcriptura oĩno nihil de natiuitate ei⁹ ſcripſit ne corda ſup ipſam reponant, & eã altius extollãt, q̃ optet. Iã monachi, uolẽtees mulieꝝ honorẽ celebrare, eã tã alte extulerunt atq; ut hoc confirmarent, oportuit eos mendacijs uti, & ſcripturã eo torquere, quo non pertinet.

¶Coch. Improba eſt hæc & nimiũ ſcurrilis in monachos, atq; etiã blaſphema in matrẽ dei calũnia, ꝙ ad cõplacẽdũ mulieribus ſic p mẽdacia Mariã extulerint monachi. Sed audiuit impie & impudice. Nõ ſolũ monachi, ſed etiã ſanctę moniales & oẽs honeſtæ matronæ uirgineſq; & uiduæ Mariam deuote laudãt & implorãt. Elazabeth eñ repleta ſpũ ſctõ, exclamauit uoce magna & dixit. Bñdicta tu inter mulieres, & bñdictus fructus uẽtris tui. Et vñ hoc mihi ut ueniat mr̃ dñi mei ad me? Luc. 1. Si ergo tã magnifica dicta ſunt ei militanti cur minora dicamus iam triumphanti?

V. ¶Lut. Quia euãgeliũ q̃d hodie legit, refert ſe ad Chrĩ natiuitatẽ, & nõ Mariæ. Ecce ita aduenerunt mendacia. Hoc nullo iam pacto ferendum eſt.

¶Coch. Certe Chrĩ natiuitas ſcd̃m carnẽ, non eſt niſi ex Maria uirgine. Nec eſt genealogia Chrĩ niſi p Mariã. Nõ ei dicimus cũ Iudæis infœlicibus, Chr̃m ex ſemine Ioſeph natũ eẽ, ſed dicim⁹, cũ ſctõ Euãgeliſta, De q̃ nat⁹ ẽ Ieſus q upcat (Chrs. Mat. 1.

VI. ¶Lut. Bñ admitto, ut honoret, ſed ita ut ſcriptura nõ fiat mendax.

¶Coc. Honor Mariæ ſcripturã minime mẽdacẽ reddit. Sed ĩpius & Iudaicus Mariæ blaſphemator, detrahẽdo mr̃i dñi, detrahit & ſcripturæ ſanctæ, q̃ dicit. Beatã me dicẽt oẽs gñationes. Luc. 1. Et btũs uẽter q teportauit. Lucæ. ij.

VII. ¶Lut. Itẽ, epl̃am q̃q; ſup ipſam retulerũt, q̃ tñ ſolũmõ ſup diuinã ſapiẽtiã refert, q̃ Chrs eſt, q fuit añ ſecula, in quo oĩa creata ſunt. Quod nunc trahit ſuper matrem dei, hoc omnino mendacium eſt, & blaſphemia in deum.

¶Coch. Nõ opus eſt, ut oĩa uerba eplæ referant ad Mariã ſicut nec oĩa uerba Euãgelij. In feſtis eñ ſctõꝝ, nõ ſolũ ſctõs, ſed & deũ laudam⁹, & q̃dẽ principalr. Varie eñ laudat a nobis, iã in ſe, iã in ſctĩs ſuis. Qũo aũt ſano intellectu referẽda ſit illa

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

illa epl'a ad matrẽ dñi, nõ a Luthero, nec a cæteris Mariæ criminatoribus, ſed a ſctis patribus diſcẽdũ eſt. Quis ṽo neſcit. q̃ impudẽter Lutherus multa, de Chr̃o & eius geſtis atq; doctrina ſcripta, ad ſe ſuaq; geſta & doctrinã trahit & iactitat? Nõne ait, Doctrina mea nõ eſt mea, ſed dei? Nõne & uerba paſſiõis Chr̃i ad ſcelera ſua impie refert? Qñ uero corripit inſanũ uulgus, q̃d ei colũbã, uelut ſpm̃ ſctm̃, ad aurẽ depingit. Sed maior eſt ſua opinione Lutherus, q̃ mr̃ dei. Quid ita? Se em̃ Euãgeliſtã uocat & Eccl'iaſten, hoĩmq; & angelorum iudicẽ ſemetipm̃ cõſtituit. Illã uero paupculã, ſeruilẽ & nullius meriti uocat ancillulã. O Chr̃e, qñ uenit hora & iudiciũ tuũ?

¶Lut. Iccirco uelim, q festum eius dimitteretur, quia nihil de ea habetur in ſcriptura. VIII.

¶Coc. Sed neq; de Wittenberga qcq̃ in ſcriptura habet, licet igit̃ Luthero, ut eã dimittat, & Romã ſe cõferat, de q̃ in ſcriptura ſit mẽtio. Et eſto, nihil de natiuitate uirginis habeat in ſcriptura, Nunqd ergo nõ aliqñ nata? Q; ſi eſt nata, & in hoc qdẽ nata, ut mr̃ eẽt ſeruatoris dei. Quid a ſciptura abhorrebit, ſi natalẽ mr̃is dei ppl'us fidelis annua feſtiuitate cõcelebret? Nõne de Iohãne Baptiſta ait ſciptura, Et multi in natiuitate eius gaudebunt, Lucæ primo.

¶Lut. Cũ tñ a Chr̃o dicamur chr̃iani, ut ab ipſo ſolo pendeamus, & ſimus dei filij atq; hæredes, & ita ſumus æque tanti, q̃ta eſt ipſa mr̃ dei, & ſumus Mariæ ſorores & frẽs. Alioquin ſit immutatio ſacro ſanguini Ieſu Chriſti. IX.

¶Coc. Nõ ſolũ æque magnus, ſed etiã multo maior eſt (ſi ei credam⁹) Luther⁹ q̃ mr̃ dei, uti iã ſupra oſtẽſum eſt. Nã & uerbũ dei cõmiſit ei de⁹, q̃ nihil ait eẽ mai⁹ neq; ĩ cœlo neq; in terra. At nõdũ eſt de eo, ſicut de illa ſcriptũ, Beatã me dicent oẽs gñationes. Cũ dãnatũ potius dicãt oẽs nationes, exceptis aliquot Germanis.

¶Lut. Quia p hũc ſanguinẽ oẽs parit̃ expurgati ſumus a peccatis, ac poſiti in cœleſtia bona, Si hoc ita eſt, ſumus certe æque ſancti, ſicut ipſa. X.

¶Coc. Et ſi millies diceret Lutherus. Certe inter mille tñ ne unus qdẽ, niſi Iudaicus forte blaſphemator, dicet in cõſci-

entia ſua, ſe tã ſctm̃ eẽ, q̃ eſt mr̃ dei. Nõ em̃ ſequit, Chr̃s rede
mit nos oẽs, ergo oẽs æqualr̃ ſumus ſancti atq; beati. Chr̃s em̃
unũ ſup decẽ ciuitates, alteꝝ ſup quinq;. Lucæ, xix, cõſtituit,
eo, ꝙ unus plus & melius q̃ alter negociatus ſit, unuſquiſque
ſecundum propriam uirtutem. Matth. xxv.

XI. ¶Lut. Q; aũt ipſa maiorẽ grãm habet, hoc nõ ẽ ex ei⁹ me-
ritis factũ, ſed ex dei miſcdia, qa nõ oẽs poſſumus eſſe mr̃ dei.
Alias nobis ſimilis eſt, Ita bene per ſanguinẽ Chriſti, oportu
it ipſam ad gratiam uenire, ſicut nos.

¶Coch. Inæq̃litatẽ aũt & gr̃æ & meritoꝝ pulchre inſinu-
at dñs Mat, xxv. Qñ in parabola tradidit ſeruis ſuis bona ſua
& uni dedit qnq; talẽta, alij aũt duo, alij uero unum, unicuiq;
ſcdm propriã uirtutẽ. Sequit itaq; & inæqualis retributio, ſe-
cũdũ ꝙ unus altero plus aut minus negociãdo lucrat, Lu, xix
Ait itaq; aplus, Qui parce ſeminat, parce & metet, ij, Cor. ix.

XII. ¶Lut. Alteꝝ dãnũ q̊d ſeqt ex profundo honore mr̃is dei
fit chr̃ianis, Q; tollimus oculos in cœlũ, & facimus apparen
tiã, & interim obliuiſcimur ſanctoꝝ qui hic ſunt.

¶Coch. Minime hoc uerũ eſt, Quoties em̃ in honorẽ dei
genitricis paupibus erogamus? Quoties pauperꝝ p ueneratio
nẽ Mariæ uirginis recordamur? Quis nõ audit paupes, dũ ſti
pẽ p̄cant, p nomẽ B. uirginis Mariæ, dñæ nr̃æ p̄cari? Nõ igit
ipedit, ſed ꝓmouet maxĩe paupũ alimoniã honor & uenera-
(tio Mariæ,

XIII. ¶Lut. Quia ſcti q ex hac uita ſublati ſunt,
null⁹ eorũ tibi uenerari p̄cipit, At q hic ſunt, ij tibi uenerari p̄
cepti ſunt, uiui chr̃iani hic ſup terrã, q ſunt uiri ſancti,

¶Coch. Quid ergo de mortuis ſentis Luthere? Sũt ne fal
ſi & umbratiles ſancti? ſunt ſolũ laruæ & lemures? An nõ ui-
uunt cũ Chr̃o in cœlis? Scio uir impie qd hic mutias, q̃ blan-
diaris nũc barbaris Pighardis, q̊s olim iniurioſiſſime tractaſti
Sed nos poti⁹ Paulo, q̃ tibi, uẽto marino, oĩbusq; tuis Pighar
dis, credimus, dicẽti. Phi. i. Mihi uiuere Chr̃s eſt & mori lu
crũ. Coartor aũt e duobus deſideriũ hñs diſſolui, & eſſe cum
Chr̃o multo magis melius, permanere aut in carne, neceſſa-
riũ propter uos. Nõ igit ceſſant uere ſancti eẽ poſt mortẽ qui
in uita uere ſancti fuerũt, cũ mori ſit eis lucrũ, Nec dormiunt
in abſ-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

in abſcondito loco, ſed uiuunt cum Chriſto.

¶Lut. Iſte honor ablatus eſt per boatũ & cultũ ſanctorũ XIIII
ſupra in cœlo, ꝗ tot templa & alraria fundata ſunt, Et ſi ad lu
men inſpiciantur, ſunt proprie illi, de quibus non eſt p̄ceptũ,

¶Coch. Minime ablatus eſt honor & beneficentia erga
pauperes per cultum ſanctoꝝ, Sæpe em̃ in honorem ſancto-
rũ pauperibus, quoꝝ alias forſitan obliuiſceremur, ſtipē elar-
gimur, Id quod mendici bene ſunt experti, & ob id prætere-
untes tam fortiter inclamant, & per nomina ſanctoꝝ nos ob-
teſtantur, Siue em̃ in nomine Chriſti, ſiue in nomine iuſti aut
prophetæ, aut diſcipuli, pauperibus quis eroget, non perdet
mercedem ſuam, Matt. x.

¶Lut. Hic ſancto Petro extructũ eſt templũ, illic S. Pau- XV
lo, Et eo deuentũ eſt, ut omnes ferme anguli templis ſint re-
pleti, Ad quid eis indigent illi?

¶Coch. Ad quid indiget tēplo deus? Nōne ait p propheta
tã, Cœlũ mihi ſedes eſt, terra aũt ſcabellũ pedũ meoꝝ, Quam
ergo domũ ædificabitis mihi? aut qs locus requietionis meæ
eſt? Actuum ſeptimo, & Eſaiæ, lxvi. Et recte ait Salomon, 3.
reg. viij, Si cœlũ & cœli cœloꝝ te capere non poſſunt, quan
to magis domus quã ædificaui, Nihilominꝰ tñ gratiſſimũ fuit
tēplũ illud deo, nō ſane, ꝗ eo indigeret, ſed ut ibi ſe inuocati
bus bñfaceret, Subdit itaq; Salomon, Vt ſint oculi tui aperti
ſup domũ hanc nocte ac die, ſup domũ, de qua dixiſti Erit no
men dñi ibi, ut exaudias orationē, quã orat ĩ loco iſto ad te ſer
uus tuus eſt, Ita & de ſanctorũ tēplis dicimꝰ, Quę deus mĺtis
cōprobauit & hodie adhuc cōprobat, pſæpe miraculis & bñ-
ficijs, inuitis & crepãtibus Lutheranis & Pighardis uniuerſis

¶Lut. Velim tamen ut hanc faceres differentiã, Qđ plus
facias, quando pauperē aliquē ad uictum ſuum adiuuas, q̃ ſi
aureum templum conſtrueres.

¶Co. Hic plus facit, q paupi ſtipē dat, q̃ q uel aureũ tēplũ XVI
extruit, ſecũdũ Lutheꝝ, qui alibi ait, opera nr̃a coram deo aut Luth. in cap.
nihil eſſe, aut certe æqualia eſſe omnia, Varia autem intentio- Babylonica.
ne & danť eleemoſynę, & extruũť tēpla, Solus deꝰ ſcit cogita-
tiones hoĩm & intueť cor. 1. Reg. xvi, q ergo uanã gl̃iã ĩtēdit,

hic ua-

hic uanã recipit mercedẽ. Qui uero gloriã & laudẽ dei ac ſan ctorum habet ꝑ oculis & in corde, illi reddet in abſcõdito pater cœleſtis. Merces eñ eius copioſa erit in cœlis. Mat. v. & vi.

XVII. ¶ Lut. Ecce ꝑ hoc bñ diſcernit honor ſanctorum q uiuũt, ab ĳs q mortui ſunt, pinde atq; lapis pcioſus & lignũ. Et docet, ꝙ plus meriti eſt, qñ paupi dat unus florenus, q̃ ſanctis centũ

¶ Coc. Merita ſanctorum & nr̃a negat alibi Lutherus in cõ pluribus articulis, Imo ſupra, beatã uirginẽ q̊q; negat ex ſuis meritis maiorẽ grãm fuiſſe conſequutã. Hic aũt plurimũ diſcernit. At ſi charitas in ſctis nunq̃ excidit. 1. Corin. 13, et mori lucrũ eſt ſctis. Phili. 1. cur q̃ſo melior eſt honor, uiuis in terta, q̃ regnãtibus in cœlo, exhibitus? Lignũ ſane putridũ in terra eſt, lapis aũt præcioſus in cœlo. Cœleſtis eñ Hieruſalem omni præcioſo lapide ornata eſt. Apoca. xxi.

XVIII. ¶ Lut. Itẽ in Salue regina. Qualia ſunt ibi uerba q̃ ei attribuunt. Salue regina, mr̃ miſcdię, uita, dulcedo, & ſpes noſtra. Nõne hoc eſt nimiũ? Quis de hoc reſpondebit?

¶ Coc. Tota nimirum rñdebit eccl'ia, q̃ ubiq; tã frequẽter pio & antiq̃ ritu, tpe ueſptino, hymnũ illũ legere ac decantare ſolet, Nã ad lõge minores ac tũ meritis, tũ dignitate inferiores, q̃ ſit mr̃ dei, ſilia uerba loquutus eſt Paulus. Ita eñ ait ad Philippẽſes, c. iiĳ. Itaq; frẽs mei chariſſimi & deſideratiſſimi, gaudiũ meũ & corona mea, ſic ſtate ĩ dño chariſſimi. Et ad Theſſalonicẽſes. Quæ eſt eñ (inqt. 1. Theſ. ĳ) nr̃a ſpes aut gaudiũ, aut corona glorię? Nõne uos añ dñm nr̃m Ieſum Chr̃m eſtis in aduẽtu eius? Vos eñ eſtis gloria nr̃a & gaudium.

XIX. ¶ Lut. Ita eſt etiã cũ Regina cœli. Hoc etiã nõ eſt melius, in q̊ noiat, regina cœli. Nonne hoc eſt Chr̃o iniuriã facere? Q, hoc tribuit alicui creaturæ, qđ tñ ſoli deo ptinet & debet.

¶ Coc. Dicat ergo nobis Lutherus, ubi Chr̃s Regina cœli dicat. Quæ ẽ aũt iniuria Chr̃i, ſi mr̃ eius a nobis Regina cœli dicat? Eſt ne ibi ſerua aut ancilla? Si ſocia paſſionũ fuit, cur nõ ſit & cõſolatiõis? ĳ. Cor. 1. Si cõpaſſa ẽ, cur nõ & cõglorificet? Ro 8 Cur nõ cõregnet, ſi ſuſtinuit? ĳ. Tim. ĳ, Si paup fuit ſpũ, cur nõ ſit eius regnũ cœlorum? Mat. v, Lucæ, vi. Non igit ſolũ celi, ſed & cœlorum regina recte dr̃ Maria, mr̃ regis angelorum

loꝝ,regiſq; cœloꝝ & ſoror & ſponſa.
¶Lut.Ideo deſiſtamus a uerbis impudẽtiſſimis,Libẽter eã XX
habere uolo,ut pro me oret,ut aũt debeat eẽ mea cõſolatio &
uita,hoc non uolo.
¶Coch.Ego uero ſummis uotis deſidero,ut illa mihi ſit(ut
eſt)cõſolatio in anguſtijs & uita in ꝑiculis,Nõ eñ dormit in
abdito loco,ut impie ſomniãt Pighardici Lutherani,ſed ui-
uit coronata in cœlo,De q̃ intelligit B.Bernhardus in Apo-
calypſi dictũ,ca.xij,Signũ magnũ apparuit in cœlo,Mulier
amicta ſole,& luna ſub pedibus eius,& in capite eius corona
ſtellaꝝ.xij,Cur igiẗ uitã meã nõ dixerim eã,ſi mortuo ĩ pctĩs
a filio ſuo uitã impetret mihi? O uirũ ſtultũ & impiũ,q talem
dñã nõ uult noĩari uitã,q uitã & corculũ nõ indignaẗ uocari
¶Lut.Et tua orõ tã mihi chara eſt,q̃ illius. (meretricem XXI
Cur ita? Nã ſi credis,ꝙ Chriſtus æque in te,ſicut in illa habi-
tat,potes æque bene iuuare me,ſicut illa
¶Coch.Quis aũt tã impudtẽer de ſe aut alio pctõre pręſu
mat? Minime eñ ſic habitat in nobis pctõribus Chr̃s ſicut in
ſua mr̃e Maria,q̃ iã glorificata cõregnat eidẽ filio ſuo in cęlis
ſuꝑ oẽs choros angeloꝝ(ut de ea canit ſctã mr̃ eccl̃ia)exaltata
uidẽs deũ ſicuti ẽ,Ioh.3,Deſinat igiẗ ab ĩpietatibꝰ iſtis Luthe
rus,Nullus nr̃m ſine pctõ & macula eſt,ſicut illa eſt,nullꝰ no-
ſtrũ tot fulget meritis,nullus tãta pollet gr̃a,Impia ergo ẽ iſta
¶Lut.Quia nõ cõdẽnaris,etiã ſi nunq̃ eã (ꝓſumptio, XXII
honoraueris,Imo etiã ſi nuſq̃ eius recordatus fueris,Hic aũt
ſi uiuos ſctõs neglexeris,damnaberis,Hic habes ꝓceptũ,iſtic
¶Coch.Certe ſi neglexeris eã ꝑ cõtẽptũ,negli- (nullũ
get te filius eius ꝑ iudiciũ dei,dicturus tibi,Neſcio te,Qui ait
Lucę,x,Qui uos ſpernit,me ſpernit,Et q ꝓcepit honorari pa
rẽtes,utiq; & matrẽ ſuã uult honorari,Q; ſi pueros q̊q; prop-
ter eoꝝ angelos nõ uult cõtẽni Mat.xviij,q̃to minus uult cõ
tẽni matrẽ ſuã,q̃ angelis maior facta eſt,& quam archãgelus
Gabriel tã reuerenter ſalutauit uel in terris,añq̃ eẽt mr̃ dei fa- XXIII
¶Lut.Pro aduocata nolumꝰ eã hr̃e,pro in- (cta,Lucii,
tercedẽte uolumus eã habere,ſicut alios ſanctos
¶Coch.Dic q̃ſo Luthere,Cũ pr̃ oẽ iudiciũ dederit filio,

& ipẽ nõ iudicet quẽq̃, Ioh. v, Quã poſſum⁹ apd filiũ iudicẽ hr̃e meliorẽ aduocatã q̃ ipſi⁹ matrẽ? Adeo ne uilis ĩ cõſpectu filij ſui uideť tibi, ut ſtãte te corã tremẽdo illo iudice, nihil pro te loq audeat, ſi nõ peccaueris in ſpm̃ ſctm̃? Ego ỽo libẽter et magna ſpe cũ ecclia dico, Eia ergo Aduocata nr̃a &c̃.

XXIIII ¶Lu. Iã locauerũt eã ſupra oẽs choros angelorꝝ, & electo filio eius iniuriã fecerũt & imminutionem

¶Coch. Nulla fit iniuria filio, ſi mr̃ eius ſupra oẽs eius ſeruos & miniſtros loceť, ad quã pr̃ tã honorificũ nũciũ, priusq̃ mr̃ eẽt, legauit, Si eñ ad eã inclinauit ſe Gabriel fortitudo dei añq̃ eẽt mr̃ dei fctã. Quis rogo angelorꝝ ei ſe nõ ĩclinet & ſub ea locari dedigneť, poſtq̃ nõ ſolũ facta eſt mr̃ Chr̃i, angelorũ dñi, mltiſqꝫ meritis & erga deũ ac proximũ & erga illius humanitatẽ inclyta, & doloris gladiũ in corde propter illũ ꝑpeſſa, ſed etiã exuta mortalitate ĩ æternã gloriã eſt recepta? Quis angelorꝝ ei ſe æqparet? Qꝫ aũt æqparat ſe illi Luther⁹ nõ curo, Qñquidẽ & angelorꝝ ſe iudicẽ conſtituit. Cæterꝝ locatio mr̃is Chr̃i ꝑfigurata uideri p̃t in ſcriptura. 3. Reg. ij, ubi dr̃, Poſituſqꝫ eſt thronus mr̃i regis, q̃ ſedet ad dexterã eius, nã rex Salomon nõ raro Chr̃m in ſcripturis figuralr̃ repreſentat

¶Lu. Et ego teneo, ſi adhuc degeret ſup terram, ꝙ fletura

XXV eſſet ſanguinem

¶Co. Fletura forſitan eẽt, nõ ꝙ nimiũ ipſam ueneremur, ſed ꝙ tã ꝑfide ab ei⁹ ueneratione mlti Germanorꝝ (q̃rꝫ inclyti maiores in tãta ſp ueneratiõe ipſam habuerũt, & ei⁹ auxilium nõ fruſtra implorauerũt) ꝑ nugas & p̃ſtigia uni⁹ rebellis & apoſtatę monachi defecerũt & deficiũt, Niſi forte in hoc conſolareť, ꝙ adhuc mlto plures ſint, q eã pio maiorꝝ ritu ac deuotione colũt. Vere eñ dicere p̃t, Derelinquã mihi ĩ germania plus q̃ ſepties ſeptẽ milia uirorꝝ ac mulierꝝ, q nõ curauerũt genua ſua añ Baal iſtũ Thuringicũ. 3. Reg. xix, & Ro. xi,

XXVI ¶Luth. Ideo dimittamus eam in ſuo iuſto honore, & teneamus eam pro dei filia, & reſpiciamus magis ad eos qui hic uiuunt, nõ curramus hinc & hinc peregrinatum, ad Grimmentall, ad Eych &c̃.

¶Coch. Quẽ hic dicit bonus uir iſte honorẽ iuſtũ? Non

alium

aliū forſitan, niſi ut glorioſa uirgo, uobiſcū in ordinē redacta,
obſeruet illud apl̄i, Honore inuicē præuenientes, ut ſupra ab
eo iuſſa uidet, Atq; ita flectat aliqñ genua Euāgeliſtæ Wit-
tenbergēſi, Et nō uocet ulterius mr̄ dei, ſed filia dei, ſicut alia
chr̄iana mulier, Et nō uiſitent amplius a ꝑegrinis ei⁹ tēpla, nō
ſit exulū & reoꝝ filioꝝ Euæ deinceps aduocata, non locet ſu-
pra angelos, ſed lateat in abdito, ut alia mulier, Audēt ei nūc
q̄dā Lutheri diſcipulæ, inter pocula q̄q; atq; etiā in foro & cō
cione ſeſe iactare, ꝙ ſint tā bonæ ac dignæ q̄ eſt Maria. Heu
furorē impiū, nimisq̄ barbaꝝ & inuerecundum

¶Luth. Primo, in linea Chriſti notandum eſt, ꝙ in ea in- XXVII
dicat quatuor mulieres, quæ ualde ſunt famoſæ, uelut Tha-
mar, Rhaab, Ruth, & Berſabee, Hoc ideo factum eſt, ꝙ pec-
catrices fuerunt, ꝙ Chriſtus quoq; in magna illa progenie,
naſci uoluit, in qua meretrices & ſcortatores ſunt, Qua in re
indicat, quantum amorem erga peccatores gerat, Quia uera
ſanctitas quanto ſanctior eſt, tanto propinquius accedit pec-
catoribus.

¶Coch. Non male audit Ruth in ſcripturis, Quid em̄ ma
li fecit? Certe liber eius indicat eā optimam fuiſſe mulierem.
Sic em̄ ait ad eam Boos, Scit omnis populus, qui habitat in-
tra portas urbis meæ, mulierem te eſſe uirtutis. Temeraria ue
ro præſumptio eſt propter aliquot peccatores, in genealogia
Chriſti recenſitos, dicere uerā ſanctitatē, quanto ſanctior eſt,
tāto propinquius accedere peccatorib⁹, cū Chr̄s dicat Mat.
vij. Nunq̄ noui uos, Diſcedite a me oēs q oꝑamini iniquitatē

¶Lut. Iam numer⁹. xlij. eſt ualde cōmunis in ſcriptura, ue XXVIII
lut Chr̄s. xlij. diebus ieiunauit, Filij Iſrael habuerunt. xlij.
manſiones ex Aegypto.

¶Coch. Si tā ualde cōis eſt in ſcripturis numerus. xlij. Cur
inter exēpla tā pauca unū falſo citat Lutherus? Vbi em̄ ſcrip
tū eſt, Chr̄m. xlij. diebus ieiunaſſe.

¶Lut. De natiuitate nūc dicere deberē, ꝙ Chr̄s hic ſolus XXIX
pure natus eſt, nos oēs in peccatis. a uiro & muliere, Ipſe ſo-
lus ſine uiro ex uirgine, ut ſola eius natiuitas pura maneat.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

¶Coc. Flagellat & ſuggilllat hic momus ille Mariæma-
ſtix, ne qd integrũ & intactũ relinquat, etiã natiuitatẽ & cõ-
ceptionẽ glorioſæ uirginis, increpãs oblique eccl'iã, q͂ ea feſta
pia ueneratione celebrat, Sĩl'is nimirꝫ poetico illi Momo, qui
Veneris reprehẽdit ſandaliũ, Sed ualeat impius oſor, qui tot
blaſphemiꝭs uana Gigãtomachia cœlum oppugnat fruſtra,
Cũ uideat nugas ſuas iã tandẽ cõtẽni etiã a ſuis. In q̃ em̃ urbe
quãlibet Lutherana, ceſſatũ eſt penitus a ueneratione Mariæ
& ſanctorꝫ? In q̃ nõ pulſat mane & ueſpere cãpana ad monẽ-
dũ ppl'm pro angelica ſalutatione flexis genibꝰ dicẽda? Quid
igit̃ pgit adhuc diutius in cœlũ expuere? Cogitet potius iã tã
dẽ unde exciderit miſer, & qd reliq̃rit, atqꝫ agat pœnitẽtiam,
priusq̃ candelabrũ eius penitus extinguat̃ ac moueat̃ de loco
ſuo, Apocoly. ij,

## Ex ſermone de Diuite et Lazaro.

Lucæ. xvi. Articuli, xxviij.

XXX, LVtherus. Diues ille utiqꝫ tã honeſtꝰ fuit in ſua uita, ſicut
ille phariſæus, q bis ieiunabat in ſabbato, & non erat ſi-
cut cæteri hoïes, Nã ſi tã grãdia facinora cõmiſiſſet, ea
Euãgeliũ indicaſſet, ex q̃ eũ tã diligẽter pſcrutat̃, q͂ etiam eius
purpurã & cibũ indicat, quæ tamen ſunt res externæ, Et deus
ſecundum eas non iudicat.

¶Coch. Deus cor qdẽ intuet̃ ſolus. 1, Reg. xvi, Iudicat tñ
& ſcd̃m externa opa. Mat. xxv, Certe eſus pomi, Gen, iij, &
parricidiũ Cain, Gen, iiij, & facinora gigantũ Gen. vi, atque
flagitia Sodomæ & Gomorræ Gen, xix, corpalia & externa
erãt opa, q̃ utiqꝫ iudicauit in uindicta deus, Sed neqꝫ Diues il-
le purpuratus Luc, xvi, neqꝫ Phariſæus ille in tẽplo Lu. xviij,
bonus in uita fuit, Hic em̃ p hypocriſim, ille p crapulã ſupbiã
qꝫ & mũdi cõcupiſcẽtiã, trãſegit uitã, Impie igit̃ et blaſpheme
laudat eorꝫ uitã Lutherꝰ, quã reprobauit & cõdẽnauit Chr̃us

XXXI, ¶Lut. Ideo optet, ut is admodũ pulchrã, ſanctã cõuerſati-
onẽ extrinſecus duxerit, & ſcd̃m ſuã atqꝫ oĩm aliorꝫ exiſtima-
tionẽ, totã legẽ Moſi ſeruauerit, ſed oportet nos cor eius in-
ſpicere & ſpiritum eius iudicare

Coch.